

Sigismundus primus Rex Poloniae
 Exactoribus Brestensi Junivladista-
 viensi Ravensi Plocensi

66

Generose fidelis dilecte— Supervenit nunc inopinatum in nos
 et Rempublicam de Russia & Polonia terris periculum
 Voivoda enim Moldaviae ruptis foederibus & abusus bene-
 volentia nostras, cum exercitu in fines Regni irruit, ibi-
 que castra oppida, villas partim capit, partim obsidet,
 atque oppugnat. Quare ut tam subite necessitati pro-
 videre opportunis subsidiis possimus, mandamus fide-
 litati Tuae ut huc ad Nos quam primum cum omni
 reliqua contributionum anni praeteriti pecunia veni-
 at, & registra, tam acceptorum, quam expensorum secum
 adferat, ut & Nos et Consilarii atque ceteri subditi
 Nostri certam et expeditam rationem habere possi-
 mus, tam de summa, quae ex contributionibus prove-
 nit, quam de expensis in publicas necessitates factis,
 sub gravissima indignatione Nostra, aliter non fa-
 cturam fidelitatem Tuam— Datum Piotroviae
 x. Decembris Anno Domini MDXXX.

